

FK  
119  
II

II n  
6456

X 1903745

PROGRAMMA

Quo

Ad celebrandum

MAXIMI PRINCIPIS

JOANNIS GASIMIRI

D.G. REGIS POLONIAE ET SVECIAE

&c. &c. &c.

REGIS ET DOMINI CLEMENTISSIMI

Natalem Quadragesimum Tertium:

&

Audiendam,

Quae

SACRAE EJUS ATQ; REGIAE MAJESTATI

Humillimè Consecrabitur;

Panegyricam Gratulationem,

MAGNIFICUM URBIS SENATUM,

OMNESQ; OMNIUM ORDINUM, ATQ; TITULORUM,


HONORATOS CIVES:

Patronos Literarum, Antistites, & Fautores;

Demissè, Reverenter, Officiosè

Invitat

CUNRADUS THAMNITIUS Thoruniensis.



THORUNJ

Exscripsit Typis Michael Karnall

Anno Aerae Salutaris

MDCCCLII.



## LECTORI

CULTUM, STUDIA, SALUTEM!

**I**llustrissimus Annalium Conditor BARONIUS, ob-  
scuri Satirographi illa: -- -- at cum

HERODIS venere dies, unctaque fenestra

Dispositę pingvem nebulam vomuere lucernę,  
de Iudęorum, Romę degentium, in Herodem cultu, ef-  
fusaq; in celebrandum ejus Natalem, hominum ista col-  
lue, eruditę, atq; ex Criticorum sensu explicat, Tomo  
splendidi operis primo, sub trigessimum tertium Serva-  
toris Nostri Annum. Erat id quippe inter officiorum so-  
lemnia, ut qui amorem, & exquisitum magis aduersum  
Principes obsequium testari vellent, hoc etiam lætitię  
genere id exsequeretur, si quo tempore incunabula sua  
& ortum ille numerabat, hi votorum & gaudii nume-  
rum nullum invenirent. Plenę sunt Historię exem-  
plis, plena Poemata acclamationis illius,

Meus est Natalis, Iöla!

ubi pariter, non hominibus tantum id tributum, sed &  
urbibus, & minutioris estimii rebus, qui in Philologicis  
operam non lusere, observarunt. Lucius quidam Taru-  
tius, Chaldaicarum cum primis rationum sciens, Urbis  
Romę natalem admodum curiosę investigavit, atq; ex  
Conjectura isthac sua XI. Kalendas Majas, sacrum Roma-  
nis omnib<sup>9</sup> & solemnem reliquit. Valentinianus, Theo-  
dosius, & Arcadius, Augusti: Romę & Constantinopo-  
leos (heu sub Asię nunc Tyranno servientis!) natales so-  
lenni more obeundos per legem sanxerunt. Immò, est,  
qui Salutis diem Natalem fuisse, eiq; ideò, quasi boni o-  
minis causa Romę templum dicatum, ex Annalium  
veterum fide animadvertit. Timoleon Syracusanis suis  
precipuas semper victorias natali suo die procuravit, un-  
de Siculi, Ducis Natalē, velut victorię multiplicis auto-  
rem

3

rem Magna contentione festum agebant. Ille etiam prepo-  
sterus Helleponti captivator, diem, quæ Rex dictus fuit, tan-  
quam natalem imperii, insignem celebravit, Magna pompa,  
splendore, luxu: adhibitis etiam ad sumtuosioræ cænam,  
cui Titani nomen erat, Proceribus, ne solus diei quæ Diade-  
mate illum insigniverat, reminisceretur. Tantam verò reli-  
gionem, aut, superstitionem verius, circa hæc Natalitia sua  
adhibebant veteres: ut pulte, fritillo, mero, libis, floribus &  
thure, sacris Genii libarent: ut sine animali hostia sacræ per-  
agerent: ut effudisse cruorem, aut mactasse animal fædi au-  
spicii & inquinamenti rem interpretarentur: ut ipsi deniq;  
Terre non victima, sed frugibus, floribus & lacte immola-  
rent, qualia & his gemina eruditè notant: Alexander ab  
Alexandro, & Illustris ille Brissonus, exitu, quem ex  
Vita hac tristem sanè habuit, omninò indignus. Plura de  
elegantire commentari, nec institutum admittit, nec quod  
Scholastico hætenus tenore defluxit, Programma. Ad no-  
stra descendamus. Annus agitur quadragesimus admodum  
tertius, cum ministrante Fortuna, Gloria obstetricante, XXI.  
Martii, Lunæ die, circa Æquinoctium, AUGUSTISSIMI PA-  
RENTES, SIGISMUNDUS III. Senum Gloriosissimus, & CON-  
STANTIA sanguinis Imperatorii Regina; JOANNIS CASI-  
MIRI, SERENISSIMI nunc POLONIARUM & SVECIAE REGIS,  
DOMINI NOSTRI CLEMENTISSIMI, Nativitate à cælitibus bea-  
rentur. Quantum gaudii putatis cum Orbe Christiano tunc  
in Æternæ Eæq; Gloriosæ Memoræ Parentes derivatum:  
quantum fuisse lætitiæ per POLONIAM Potentissimam fre-  
mitum. Iterum furculus JAGELLONII sanguinis effloresce-  
bat: Exoriebatur Laureatus SARMATIAE SOL, Lunæ qui-  
dem die, ut Ottomannicarum Lunarum deliquia, quasi Spar-  
ti lanceas, aut Anchoras Seleucidæ à partu statim secum  
adferret. Ergo inter festas congratulationes, triumphales  
plausus, appendebantur Cunis ejus fortunæ præfagia, quam  
varijs

variis fatorum arbitriis, per anfractus, Labyrinthos & scopulos exercitam, tandem quasi debitam Optimo Maximo Principi cælitè reddidere. Hæc dum memoriâ repetimus, libet tacitè applaudere felicitati nostræ, quibus aut multò post tempore natis, aut superstitibus, ea nunc videre, mirari, adorare contingit: quæ, qui ad fascias adverterant animum, quasi per nebulam tantum & umbram divinavere. Videmus Te, SERENISSIME, Avitum, Paternum, Fraternalium Solium, illud tot Victorialium lemniscis, tot trophæorum emblematis, tot triumforum pompa splendidissimum occupantem: Videmus, AUGUSTA MAIESTAS, toros illos, illos lacertos, qui intra fasciarum tunc orbiculos compacti, nunc, etiam cum inermes sunt, tantum omnis nominis hostes terrent, quam facillè armatus alius ab illis contemnitur. Videmus ista, & dum ad Annum à Nato Servatore cl. Ioc. Nonum, Mensẽ Ejus Martium, hujus diem XXI. respicimus, Natalemq; tanti Principis recolimus, in gratulationes amplissimas diffundimur. Hoc igitur AGAMUS! Vos Magnifici, BURGGRAVIE REGIE, PROCONSULES, CONSULES: Vos reliqua Patriæ, in CURIA, ECCLESIA, SCHOLA, Totaq; ad eam Republica & partibus Ejus omnibus Lumina: Vos titulis vestris & locis Honoratissimi Literarum Patroni, Antistites, Clientes, omnes, singuli, Volente DEO, Die Martis, post solemniore & memores REGIÆ MAIESTATIS preces, in Magno Gymnasii Acroaterio convenire dignemini. Audiemus ibi Martium tympanorum murmur, ut pulsentur in concipienda calidissima vota interiores pectorum fibræ: Impellentur in classica Tubæ, ut ad gratulandum animi nostri concinant: Certabunt cum pletris humanæ voces, ut certamina obsequii & unum illum in honoranda SACRA atq; REGIA MAIESTATE concentum testentur. Ego autem, qui obscurum istud ingenium MAXIMI REGIS Gloriæ seriò addixi, brevi, brevi inquam sermone, humillimam subjectionem, animiq; ardorem in vovendo, representatû ibo: atq;, qui scopus totius Orationis erit;

## Mirabor, Gratulabor, Precabor.

Adeste Benignissimi Literarum Patroni, Clarissimi Antistites, Doctissimi & Florentissimi Clientes, & mecum uno ore, uno pectore omnes triumphale illud

## VIVAT CASIMIRUS!

ingeminate. Programma ipsum claudat nobile sub Augusto Imperatore, sed infelix ob nequitiam Nasonis ingenium:

At Tu Natalis multos venerande per Annos  
Candidior semper Candidiorq; Veni!

*Scribebam Thorun! Dominica LÆTARE ipso Nomine benignum omnia  
Ingerente. Anno Salutaris Ævæ cl. Ioc. LI.*

C. TH.

5  
FELIX SARMATIA!

HÆC

LAUREATOS JAGELLONII SANGVINIS TRADUCES,  
AUSPICATA SUIS,

ULTIMÆ USQVE POSTERITATI

SANCTISSIMA NOMINA;

LIBERRIMA

IN TANTO REGNO

SERIE

COMITER SEMPER ADORAVIT:

ET

QVOT SURCULOS,

(NISI QVIBUS TEMPESTIVE ADMODUM FATA IMPERARUNT)

TOT

PIOS, INCLITOS, FELICES, P.P. TRIUMFATORES

NUMERAVIT,

TOTVS

REPRÆSENTAM ORBI

AUGUSTI FELICITATEM TRAIANI BONITATEM

VENERABUNDA SUSPEXIT.

FELIX SARMATIA!

NUNC

SPECIOSISSIMAM EX HESPERIO OLIVETO COLUMBAM,

AUGUSTAM EX GLORIOSO LILIETO AQVILAM:

MAXIMI ET FORTISSIMI REGIS

JOANNIS CASIMIRI,

AUGUSTI TERRARUM SUARUM DOMINI,

DOMINI CLEMENTISSIMI,

IMMISSI A CÆLITIBUS IN MONSTRA HERCULIS:

EXACTISSIMI

PATERNARUM FRATERNARUM

VIRTVTVM, LAVREARVM, GLORIARVM  
COMPENDII  
DOMINI ET REGIS NOSTRI:  
ET  
LVDOVICÆ MARIÆ PRINCIPIS,  
QVÆ  
SERENISSIMUM GONZAGÆ FAMILIÆ FULGOREM  
IMPP. REGG. PRINCIPP. CONSANGVINEA GLORIA  
AUGUSTUM,  
SPECIOSISSIMA SUI MAIESTATE MAXIME  
ILLUSTREM,  
DIVI TRIUMFATORIS  
VLADISLAI QVARTI  
REGUM GLORIOSISSIMI  
AUSPICIIS  
IN POLONIAM;  
ATQVE REGALEM THORUM,  
NUNC  
GLORIOSA MAGNI CASIMIRI BRACHIA INTULIT:  
DOMINÆ ET PRINCIPIS NOSTRÆ  
SERENISSIMÆ FILIAM,  
RECENS  
COMPLAUDENTIBUS ORBIS CHRISTIANI OMNIBUS  
NATAM  
GLORIOSO OBSEQVIO TOLLIT.  
FELIX BORVSSIA!  
HÆC  
ALMÆ MATRI  
POTENTISSIMÆ POLONIÆ  
ILLUSTRIORI SORORIMONIO PRÆCLARE INNEXA,  
FELICIA EIUS FATA  
EX  
INDIVIDUA CONSORTII ARCTIORIS LEGE  
IN SE QVOQVE DERIVAT:  
ET  
ALBÆ AQVILÆ,  
QVÆ  
FULMINA SUA IN OTTOMANNICAM LUNAM

ULTRA TANAIM RABIDUM  
ULTRA ISTRUM INDIGNABUNDUM  
TOTIES INGESSIT,  
**VICTRIX, FELIX, INCLITA,**  
VERE JOVIS ALES,  
SOCIORUM PRÆSIDIUM, SUBDITORUM MATER,  
TERROR HOSTIUM;  
SUAS ALAS L. M. Q. SUMMITTIT.

NUNC  
SERENISSIMUM INFANTEM  
AD HUMILIMUM OSCULUM INCLINATA  
DEVOTE EXCIPIT.

**FELIX BORVSSIA!**

AT TU  
NOSTRA  
**THORVNIVM,**  
URBS IN REGNO MAGNA, IN HAC TERRA PRIMA,

QVÆ  
FIDEI TUÆ EXPERIMENTA  
INTER DISCRIMINVM ALIMENTA DVRATA,  
VICTRICIBUS POLONÆ AQVILÆ ALIS  
CUM SUMMA OBSEQVII GLORIA  
EXHIBVISTI,

QVID NUNC?  
INTER REGIARUM PURPURARUM RADIOS,  
VENERABILES INFULARUM APPLAUSUS,  
TRABEATUM CELSISSIMI SENATUS SPLENDOREM,  
GRATULABUNDAS GENEROSSIMÆ GENTIS VOCES,  
FULMINEOS ATQ. IGNEOS URBIUM SERMONES:  
SOLA SILENTIUM?

NE VERO ID VNQVAM  
TVÆ  
**IN REGEM, REGINAM, REGNUM,**  
PIETAS, OBSEQVIVM, FIDES,  
SIVERINT.

ET IAM TEMPLA TUA, TURRIUM FASTIGIA,  
LINGVÆ, CORDA, TUBÆ, OMNIA LOQVUNTUR.

511/12 3756

B. F.  
I. P R Æ  
DULCIS MATER,  
SEQVAR EGO  
SAC. REG. MAIEST. SUBDITUS HUMILIMUS,  
TVVS ALVMNVS.  
QUI  
AD DIEM INEUNTIS SEPTIMANÆ UNDECIMUM,  
AVGVSTO OMINE  
AVGVSTI MENSIS QVARTVM,  
HORIS A NONA ANTEMERIDIANIS,  
SI VOLET, QVI SUPERNOS VULT ET POTEST  
SERENISSIMO INFANTI PANEGTRICVM  
RECITATURUS SUM.

ADESTE,  
QVOS HAC CAVSSA  
PVBLICO HOCCE ALLOQVIO  
DEMISSE, REVERENTER STVDIOSE  
INVITAMVS:  
PATRES PATRIÆ EMINENTISSIMI,  
ET  
OMNES, ATQ. SINGVLI,  
VESTRIS TITVLIS, LOCIS, MVNERIBVS, ORDINIBVS  
FAVTORES LITERARVM  
LONGE HONORATISSIMI.  
MÆCENATES MAGNI, FAVTORES OBSERVANDI, AMICI COLENDI.  
NOS PRÆSENTES EXCIPIEMVS OBSERVANTER,  
ABEUNTES VOTO COMITABIMVR,  
ABSENTES  
VENERABIMVR, LAVDABIMVS, AMABIMVS.  
FIAT! FIET!

C. THAMNITIUS THORVNIENSIS.  
GYMN. PATRII PROF.

107



LECTORI


CULTUM, STUDIA, SALUTEM!

Illuſtriſſimo  
ſcuro Satiro

HEROI

Diſpoſitio  
de Iudæorum  
fuſaq; in celeberrima  
lucie, eruditè,  
ſplendidi operis  
toris Noſtri Aſſer-  
lemnia, ut qui  
Principes obſer-  
genere id exſe-  
& ortum ille  
rum nullum in  
plis, plena Poe-

ubi pariter, no-  
urbibus, & mi-  
operam non lu-  
tius, Chaldaica  
Romæ natale  
Conjectura iſt-  
nis omnib⁹ & ſe-  
doſius, & Arca-  
leos (heu ſub A-  
lenni more ob-  
qui Salutis die



BARONIUS, ob-  
cum  
ne fenestra  
nuere lucernæ,  
erodem cultu, ef-  
ominum iſta col-  
explicat, Tomo  
tertium Serva-  
er officiorum ſo-  
magis adverſum  
oc etiam lætitiæ  
e incunabula ſua  
& gaudii nume-  
Historiæ exem-  
s,

tributum, ſed &  
vi in Philologicis  
as quidam Taru-  
am ſciens, Urbis  
eſtigavit, atq; ex  
s, ſacrum Roma-  
tinianus, Theo-  
Constantinopo-  
ntis!) natales ſo-  
unt. Immò, eſt,  
ò, quaſi boni o-

minis cauſa Roma templum dicatum, ex Annalium  
veterum fide animadvertit. Timoleon Syracuſanis ſuis  
precipuas ſemper victorias natali ſuo die procuravit, un-  
de Siculi, Ducis Natalè, velut victorię multiplicis auto-  
rem